

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rei rvsticae libri qvatvor

Heresbach, Conrad

[Spira Nemetum?, 1603

Brevarium agricvltvrae, opervm qve rvsticorvm per menses digestio

[urn:nbn:de:bsz:31-138693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138693)



BREVIARIUM
 AGRICVL-
 TVRAE, OPERVMQVE
 RVSTICORVM PER
 menses digestio.

IANVARIO mense.

OPTIMA commodissimæque opera, se-
 getibus triturandis impenditur, maxi-
 mè cum gelat, quòd tum facilius excutiantur
 frumenta.

*Materia optimè ceditur hoc mense, ac
 per totam brumam, luna sub terra existente,
 & decrescente à vicesima ad tricesimam: vt
 Vitruuius tradit lib. 2. cap. 11. & Gell. 11.
 cap. 2.*

Porci saginati mactantur.

*Quibusdam locis hætenus glandibus sa-
 ginantur.*

II Hoc

Hoc mense lardi, pernarum, echini, raparum. iusta conditura, Colum. & Pallad.

Locis tepidioribus, nisi gelu, & nives impediunt, vites ablaqueantur, & circa radices terra aperitur, ut solis tepore atque imbribus prouocentur. Columell.

Arbores putantur, ablaqueantur, & runcantur, arida superfluaque refecantur. Colum.

Etiam vites putantur, sed cauendum, ne matutinis pruinis, ac gelicidiis sauciantur.

Musco arbores liberantur, agris cinere inperso.

Arbores transplantantur, si per gelu & nives liceat, id quod & precedenti, & sequenti mense fit.

Tribus hisce bruma mensibus peritica saligne panguntur utiliter, si per tempestates conceditur.

Fimus, sereno calo, stercorandis agris exportatur.

Prata locis apricis & aridis macrisue purganda. Col.

Quibusdam locis aratur. At vulgus rusticorum magis optat hoc mense lupum, quam aratrum in agro conspicerere.

Calidioribus regionibus lactuca feritur,

14 Februar
tam, cruce, 1
mensi seruntur
mensibus.
Vepres in ag
in agris occu
Agni matu
caractere sug

ut Februario transferatur: Item, Nasturtium, eruca, nuces iuglandes, amigdale hoc mense feruntur, etiamsi liceat id alius quoque mensibus.

Vepres in agris attenuandi, ne incremento suo agros occupent.

Agni maturi, & reliqui pecudum foetus, caractere signandi. Colum.

II ij FEB.

FEBRUARIO.

Etiam hoc mense antelucanis lucubrationibus tritatur, aliâque necessaria expediuntur.

Nuces iuglandes, amygdalas, & glandiferas plantas hoc mense quoque tempestivum ferere.

Seminaria pomorum, aliarumque plantarum faciendâ: matura planta de seminariis in scrobes transferendâ. Colum.

Salices fraxinos, priusquam frondeant, plantasque ulmorum, nunc ponere, vile est.

Quernæ planta novellæ transferuntur commodè terra quam latissimè fossâ.

Lupulo salictario plantando terra pastinatur, ac stercoratur. Vide de Lupulo lib. 2.

Perticales salices, si per gelu & tempestates licet, ponantur, luna crescente.

Putantur vites, & salices, luna crescente, spirantibus Zephyris, aut Noto; vitandus Boreas.

Materiam etiam hoc mense cadere licet, luna deficiente, vel in coitu existente.

Columbaria expurgantur, nidi cratesque sarciantur, ne vacillent, nève ova excidant.

Iam

lans enim tota

*Ovis excludi
bis, anseribus
indus.*

*VII. Ca
vitur.*

Piscantur

Septentrio

ni astine s

Prata, v

leginata iam

ne vel elicit

ra sint pra

Pallad.

Agricol

Hortos

Seruntur

Vicorumque

Iam enim columba incipiunt parere.

Oua excludendis pullis, supponuntur gal-
linis, anseribus, anatis, pannonibus, aliisque
auibus.

VII. Calend. Martij hirundinis ad-
uentus.

Piscantur aliqui si locus & cœlū patiatur.

Septentrionalibus locis terra colitur, sili-
gini aestiua serenda.

Prata, vel fœno producendo, vel pascuis
destinata iam à pecore vindicanda, curandâ-
que vel elicibus, fulcisque aquariis, vel si ma-
cra sint prata, sparso latamine saturanda.
Pallad.

Agri vliginosi proscinduntur.

Hortos incipiunt pascinare ac præparare.

Seruntur plerisque locis hortensia, pro cœ-
li locorumque ratione.

II iij

MAR.

MARTIO.

Horti instruuntur plantis serendis. Columell.

Vitis eximia putatio, à Calendis Martius vsque ad x. Calend. Aprilis: si tamen gemmas non protruserit. Silentes surculi nunc præcipuè leguntur. Colum.

Insitio arborum frequentatur, antequam oculos emittant. Colum. Vide de insitione. lib. 2.

Asparagi, cucumeres, melones, lactuca, pisa, faba, radicle, dauci, spinaria, pastinaca seruntur. Vide lib. 2.

Circa Idus aratrum educitur, iuxta vulgi Belgici dictum: Sanct Gertrud / furt den Pflug vth.

Etsi pro cæli & regionis ratione ante vel post quoque paretur.

Terra si siccata sit, lupinum, medica, sporia, hordeum, & æstiuæ trimestriæque frumenta seruntur, luna crescente, præter pisa, qua deficiente seruntur melius.

Plantantur coryli, fraga, rosaria, crocus, viola. Pallad.

Nuces auellanae ponuntur suis nucibus: plantis tamen melius proueniunt. Pallad.

Myxa

Myxa è nucleis in vase positis, donec planta induant firmitatem, inseruntur sorbis vel spinis.

Lupulus si autūno metu hyberna glaciei non fuerit plantatus, iam recisis sarmentis in terram mergitur curaturq;. Vide lib. 2.

Perticales salices etiam nunc ponuntur.

Sepimenta, quæ autumnō prætermiſſa, ſarciuntur hoc, & proximis menſibus.

Oua ſupponuntur auibus, pullis excluſendis.

Hordeum hoc menſe ac ſequentibus duobus maceratur utiliter, & exiccatur, coquenda cereuiſia durabiliori & ab acore tutiori.

Hordeum æſtiuum, auena, piſa, faba, lupinum, vicia, lens, & trimeſtria ſeruntur.

Oues & quadrupedia hoc menſe comparanda. Iam enim ſanitas tutior, & vitia patent, atque ſagina fallaciam venditoris calare non poteſt. Pallad. Eſſe autem comparandas oves ad naturam loci, & intonſas: canum variumque colorem vitato. Colum.

Ouibus hoc tempore præbenda grana iuniperi contuſa, & ſale, atque auena mixta.

Hoc menſe adificatio, & cæmentatio inchoanda, quando gelu amplius non metuitur.

Lateres ducendi per vernum tempus, & autumnale, ut vno tenore siccescant; nam qui per solstitium parantur, vitiosi fiunt; quod eorum summum corium sol quidem percoquit, interius tamen nondum sicci, & rimosi sunt; quare prestare existimat Vitruuius, eos, qui ante biennium ducti fuerint: quòd ante non possint penitus siccescere. Vitruu. lib. 2. cap. 3.

Tondenda sepes viua hoc & sequenti mense: quibus & alia multa utiliter fiunt.

Qui piscium habent viuaria, hoc mense pisces; maximè Carpiones excimunt, atq; foras prostituunt. Vide lib. 4.

Apes pinguiores castrantur.

APRI.

Trimestria ad
ma, legumini
locis & temp
Tegnum tri
vni serendo
temporis, &
volum, alia
Vineam, pr
Colum.
Lupulorum
m est prap
Sertur h
Plantant
om, ut in
Istus ser
Sernatione.
Linum &
vobis circa
vconuenit
ede quadr
vstri densi
Calam. 1. 46.
Piscatio
Piscium,
& piscinis.

APRILI.

Trimestria adhuc seruntur frumenta, ac semina, leguminaque, præter pisâ, cælo sereno, locis & temporibus frigidioribus.

Faginum triticum seritur, atque sporia, semini ferendo. Seruntur adhuc, si sic ferat temporis, & aëris temperatura, sinapium, anethum, aliæq; planta.

Vineam, priusquam floreat, fodere oportet. Colum.

Lupulorum perticæ ponuntur alicubi, sed non est præproperè lupulus eliciendus.

Seritur brassica plenilunio.

Plantantur etiam fraga, & similia quadam, ut in Martio, pro cæli constitutione.

Isatis seritur, circa festum Pascha, vulgi observatione. Vide lib. 2.

Linum & Cannabis seruntur, etsi cannabis circa VIII. Calend. Maij apud nos seri consuevit non infeliciter. Palladius in uno pede quadrato sex grana ponenda tradit: nostri densius serunt utiliter. Pallad. 278.

Colum. 146.

Piscatio institui solet, ubi eius usus.

Piscium seminaria viuariis immittuntur & piscinis.

Bones ad saginam in pascua mittendi cōparantur.

Equarum & hoc & sequenti mense fit admissura; ita ad sequentis anni Maium fetus pascuis aluntur, nam duodecim mensibus partum fert equa.

Castrantur agni, porcelli, vituli.

Vie & itinera hoc tempore reficienda.

Aggeres, molesque aduersus exundationes ponantur.

Mensis rapacea hoc aliquando mense, alias Maio.

Seritur, rapacea sublata, saginum triticum.

Ouium tonsyraiis locis, vbi bis tondentur.

Apes hoc mense querenda locis apricis: iam enim prouolant, prouocantibus arborū, rapacique floribus.

Apum cura hoc tempore maximè incumbit.

Cauendum, ne post hyberna ieiunia tithymali aut Ulmi floribus qui iam erumpunt, auidius appetitis citam aluum contrahant: Remedijs igitur huic noxa occurrendum.

MAIO.

M A I O.

Equæ cum pullis, boues saginandi, vaccæ,
aliæque animalia pascuis immittuntur.

Equarum admissura adhuc durat: Rapa-
cea mensis alicubi.

Apium hoc mense feri Palladius tradit.

Butyrum & casei conficiuntur.

Aræ hoc mense & panimenta sternuntur
commodè; nam & caloribus instantibus sic-
cantur, & bestiarum calcibus minus læ-
duntur.

Parietes delutantur.

Tecta villarum, stabulorumq; sarciantur.

Argilla cõfcitur, luna decrescente. Vitru.

Lateres ducuntur. Pallad.

Ovium admissuram ab Idib. Maij usque
XIII. Calend. Augusti probant Varro
& Columella. nam 5. mensibus partum fert
ouis. At nostri tempus certum non sta-
tuunt, & hybernos agnos præferunt, quia
locis quibusdam bis pariunt. Vide Mensẽ
Augustum.

Herbis inutilibus, carduis, lolio, caterisq;
noxiiis segetes & pascua liberantur utiliter.

Etiã nunc figuntur lupulo salictario pa-
li, quorum adminiculo subrepat.

Pisca-

Piscationi commodum tempus maximè
anguillarum, trutarum, cancrorum, ac
pusillorum pisciculorum in riuis ac flumi-
nibus.

Herbe percolantur, & excoquantur di-
stillationibus.

Acetum fit rosaceum, sambuceum, atque
omnium generum: Rosatum quoque: (Vi-
de Palladium:) Item conditanea varij
generis: Oleum rosaceum, liliacum &c.

Equi purgantur viridibus herbis.

Fimus egeritur letificando restibili agro.

Fœnum vernum alicubi metitur ad fi-
nem huius aut sequentis mensis initium.

IVNIO.

I V N I O.

Alicubi adhuc messis rapacea.

Lupulus salictarius à quibusdam hoc mense alligatur, nam si citius alligetur, luxuriat, fructumq; minus copiosum fert.

Segetes inutilibus noxiisque herbis purgantur.

Fœnum vernum plerunq; hoc mense secatur, siccaturque.

Brassica transfertur cælo pluuiæ, cum sit sex foliorum.

Hoc mense serenda, quæ Augusti initio transferenda.

Vitium pampinatio. Colum.

Endiuia & boraginis capita, ac superiores thyrse, abrumpuntur, ut sic transplantati hyemi seruiant.

Olera & herbe, quæ à solstitio seruntur, non ferunt semina, quare nunc plurimum olera seruntur.

Isatidis prima messis.

Iuglandes nuces adhuc tenera condiuntur.

Ovium tonsura ijs locis, ubi semel tantum tondentur.

Ovium delectus habendus, & vetula, ac factu-

fœtura parum idonee saginanda, & vel
mercatui vel priuata culine destinanda.

Solstitium, VII. Calend. Iulij iuxta
Cæsarem. Aliis XVII. Calend. Iulij, hoc
est, XIII. Iunij, Ptolemæo VIII. Calend.
Iulij, hoc est, XXIII. Iunij. Gregoria-
num Calendarium reuocauit Solstitium ad
XI. Calend. Quintil. hoc est, XXI. Iunij.
Æstiuus cardo.

Anserum pulli, & porci, si desint, com-
parandi ad messem, recisis & caducis sege-
tum aristis quisquilijsque saginentur.

Mestis hyberni hordei.

Aluearia quibusdam locis castrantur,
& mella reciduntur maximè matutinis ho-
ris, cum adhuc torpent apes, neque Solis ar-
doribus exasperantur.

Cere confectio.

Hoc tempore noua examina egrediuntur,
apiarius attentus sit, ne effugiant.

Pampinanda vites locis frigidioribus: fer-
uentibus & siccis obumbranda.

Cerasorum conditura, & fragorum, pru-
norumque.

Pruna damascena torrentur fornacibus,
nondum prorsus mollia.

Por-

*Porcos & oves subinde hoc, & sequenti
mense mersare, salubritati huius pecoris
conducit.*

*Solstitio quibusdam locis rapa seritur,
in solum demessi hordei hyberni, aut sili-
ginis.*

IVLIO.

I V L I O.

Mēsis siliginea. Etsi alias citius, alias tardius pro temporis regionisq; ratione.

Siligine sublatā solum mox aratur ferendis raris. Felicius enim siligineis stipulis, quā hordeaceis committuntur.

Triticea mox sequitur mēsis.

Auenacea, hordei astini, legūminum, caeterorumq; trimestrium mēsis.

Etiā hoc mēse pecora & porci mercantur salubriter.

Apes hoc mēse ad myricas iam florentes transportantur, idq; noctu ac leniter.

Oves saginanda segregantur, pascuisq; latioribus immittuntur.

Lini alicubi mēsis, maturitatem flavescentes folliculi declarant. vide lib. 1. de Lino.

Cannabea mēsis, in qua primum femina euellitur, maceraturq; ad dies octo: inde sole siccatur: post xv. aut circiter, dies, mas quoque vellitur, & ubi paululum exaruerit, semen excutitur, inde maceratur aqua, uti & femina.

Tauros hoc mēse submittendos, Varro precipit, & Palladius & nostrates circa ferias Iacobi, vaccarum admissuras probant,

bant, ut ad Aprilem vel Maium, pascuis vicinum tempus, partum edant; siquidem decimo mense pariunt.

Quibusdam locis septentrionalibus adhuc & sequenti mense fit messis, sporia fertur depascenda. Vide lib. I. de Pabulis.

KK AV.

AUGVSTO.

Messus septentrionalium.

Cannabea quoque alicubi messis.

Putei, qui perennitatem sint habituri, hoc mense & ante aquinoctium autumnale, in extremis partibus virginis Sole existente, fodiendi, nam terra iam longo estu siccata est. In fodiendo cauendum fissurum periculum, quod plerumque terra sulphur, bitumen, atque alumen educens pestilentem exhalat anhelitum, qui occupatis naribus extorquet animas.

Periculum faciendum lucerna ardente, qua si extincta non fuerit, periculo vacat; si vero extinguatur, cauendus locus, & vicinus vel dexter, vel sinister occupandus. Pallad. Fossores periclitantes, si mox in aquam mittantur, restitui dicit.

Aquæ ductibus hic mensis idoneus.

Aggeres, & moles aduersus hybernas exundationes struuntur.

Linum & cannabis iam ante macerata vndis, solibusque aut focis exiccata, deinceps antelucanis lucubrationibus franguntur, decorticanturque ligneis mandibulis. Plin. 19. 9.

Pyra Augusto maturescunt, & alij fructus quidam. Gallorum castratio. Om-

Omphaciū ex uuis nōdū maturis cōficitur.
Pampinis uitem spoliant, ut percoqui fructus possint, nec putrescant imbris, at calidioribus regionibus, obumbrantur, ne calidioribus exarescant. Colum.

Apri saginantur.

Rapaccum semini ferendo, è quo oleum funditur, 15 Augusti seritur.

Porci è messe habitiores facti cōmodè stabulis committuntur saginandi, antequam quod è messe accreuit sagina, amittatur, & tepidiore adhuc cælo melius pinguescant.

È pyris sunt liquamina, & acceum.

Apes à Festo Bartholomæi existimantur parum proficere in mellificio.

Ouibus à messe ut plurimum nostratibus saliedi tempus tribuitur, etsi Columella uerum tēpus admissura concedat, si sit ovis matura: sin facta, circa Iulium mensē. Prius tamen probabilius, ut autumni pabulo saturatus agnus, ante hyemis frigora confirmetur. Colum. 7. 3. Varro ab Arcturi occasu ad Aquile occasum, quod quæ post concipiant, sint uegrandes, & imbecilles. Pregnans autem ovis 150. diebus. Varro lib. 2. Alij quinque mensibus; quod eodem redit.

Ceruorum uenatio.

KK ij SEP.

S E P T E M B R I.

*Hybernis frumētis serendis solum aratur.
Hordeum hybernum seritur, & triticum
atque siligo, vt radices ante hyemem conua-
lescant. Pallad.*

*Intyba, qua hyemi seruiant, serenda, vt
qua ab incremento immodico hyemis occur-
su reprimantur.*

Fœnum autumnale secatur.

*Brassica hoc mense seritur, qua Nouem-
bri incunte transferatur, & per hyemem ole-
ra prebeat. Pallad.*

*Lateres hoc mense, vti & Maio, facien-
di. 286.*

*Lucubrationes matutinæ ad Natiuitatis
Mariæ festum alicubi inchoantur.*

Galli castrantur.

Poma leguntur.

Lupuli salictarij vindemia.

Cydonia leguntur.

Acetum fit ex musto.

*Æquinoctium autumnale ad VIII. Ca-
lend. octobris Plinio, hoc est, ad 24. Septem-
bris. Nōstris ad XIII. Septemb. triduo ante
Lamberti diem, cum sol in libram ingredi-
tur. Ptolemæo XXI. Calend. Octob. hoc est, 21.
Septemb.*

Septemb. die *Matthæi* : sicut etiamnum
Gregoriano Calendario.

Iuglandes nuces decutiuntur.

Iumentorum & porcorum delectus habendus, & quæ per hyemem pabuli inopia seruari non poterunt, distrabenda.

Saginata, quibus carere licet, pro pecunia commutanda.

Boum saginatorum mercatus.

Boues comparandi, & per hyemem alendi, quibus pabulum suppetit, vt ad futuram æstatem saginæ suppetant.

Vindemiæ apparatus:

Vasa comparanda musto recipiendo.

Lupuli vindemiæ.

Omphacium ex immaturis vnis paratur.

KK ij OCTO.

OCTOBRI.

Vindemia hoc mense præcipuè celebratur.

Maturitas cognoscitur, si expressa vna vinacei, qui in acinis calantur, iam infuscati, ac propemodum nigri fuerint. Colum. 11. c. 2. fol. 194. Pallad. lib. 10. c. 11.

Defrutum lixiuum, protropum, passum, sapa decoquitur. Colum. 194.

Sinapium musto temperatur.

Poma, pyra, cydonia conduntur.

Apum mella reciduntur, & superflui factus conduntur: reliqua pars relinquitur pro hyemis inopia, si sterilitas apparet, nihil adimendum.

Stabula præsepia, farraginaria, quæ pecori futura per hyemem præsidio, hisce diebus apparantur. Colum. 194.

Sporia in agris pascuntur, & lactantia, & saginanda animalia.

Ablaqueada nouella vinea, amputatis radicibus supernacuis. Colum. 110.

Hortorum spacia, quæ per vernum tempus seminibus implenda, tribus pedibus altè pascinanda, & luna decrescens, stercus inferendum. Pallad.

Mure-

Mure
ne, commo
Per dicu
um pruin
Lucubr
spuentib
Cannabi
hi man d
Salices
Sepimen
tionis per
Pyra h
na.
Mati
Zea &
ni imple
Curan
& vstru
Oleum
in vsum
Lupul
tumulos
Apron
tibus sag

Murenule hoc tempore, quòd macilentiores, commodius condiuntur.

Perdicum aucupium, agris iam vacuis, & cum pruinam senserit, melius asseruantur.

Lucubrationes antelucanae tritura, hoc & sequentibus mensibus frequentantur.

Cannabis & linum ligneis machinis, veluti mandibulis, confringuntur.

Salices incipiunt putari.

Sepimenta vetera importantur, ne direptioni per hyemem exposita maneant..

Pyra hyberna colliguntur, decrescente Luna.

Maectatio boum ouiumq; pinguium.

Zea & Alica fit, farciminius & intestinis implendis.

Curantur in hyemem necessaria, calciatus & vestitus.

Oleum è rapaceo & inglandibus funditur in usum penuarium.

Lupuli sarmenta reciduntur: humus in tumulos aggesta fimo operitur per hyemem.

Aprorum venatio, glandibus aliisq; fructibus saginatorum.

NOVEM-

NOVEMBRI.

Arbores ablaqueanda, & circumfodienda, & simus, aut iuglandium cortices circumponenda. Colum. 194.

Arbores etiam hoc mense transferuntur, uti & in Februario, si per gelicidia liceat, veluti pomi, pyri, iuglandes, salices.

Putanda arbores nouilunio. Fauoniis spirantibus, aut Notovitatur Boreas.

Tondentur & alia arbores ad Aprile vsq.

Aluci apum hoc tempore sordibus liberantur; quia tota hyeme eos aperire aut mouere non oportet. Purgantur die aprico tepidog, id est pennis auium maiorum, que rigorem habent, vel aliquo simili purgantur, quod manus attingere non licet, rime omnes luto & fimo bubulo mistis linende genistis vel aliis tegumentis, veluti porticum facias, ut à frigore & tempestate defendantur.

Suum admissura hoc tempore commoda, ut Aprili pariant: siquidem quatuor menses facta, quinto pariunt. Atque sic iterum in Augusto partum edere poterunt.

De ouum admissura in Augusto diximus & Maio.

Turdi per hyemem commodè capiuntur.

DCEM-

DECEMBRI.

Inuitat genialis hyems, curasque resolvit.

Verg. Georg. 1.

Iā gruibus pedicas, & retia ponere ceruis. Idē.

Trituratur matutinis horis.

Lucubrationibus antelucanis, quibus non suppetit triturationis frumenti, alij aliis incumbunt operibus utilibus.

Qui vineas habent, palos & ridicas preparant. Qui apes, apiaria. Alij alia consuecunt, quorum in aliud tempus, cum ocium non est, usus esse poterit. Colum. 176.

Suum admissura hoc tempore, vel circiter, adhuc curanda, si ante neglecta.

Maectatio porcorum saginatorum passim frequentatur.

Materia hoc mense cædi potest, & per totam brumam, luna decrescente.

Bruma vel solstitium hyemale VIII. Calend. Ianuar. Plinio. lib. 18. cap. 25. Nostri pridie Lucia. i. XII. Decembris. Sed iam Gregorianum Calendariū ad XI. Calend. Ianuar. i. e. 21. Decembris. Auibus capiendis hoc tempus accommodum.

Halcyonij dies sub brumā, ab halcyone sanctificante dicti: imago Ecclesie & piorū dicti.

KK v INDEX